





164

1. Bardili, Brunckhardus: De institutionibus et substitutionibus.
2. Bardili, Brunckhardus: De legatis.
3. Bardili, Brunckhardus: De tutela et cura constituta, dissolvendaque.
4. Bardili, Brunckhardus: De effectu testamenti Fori.
5. Bardili, Brunckhardus: De modis, quibus testamenta infirmantur.
6. Bardili, Brunckhardus: De codicillis et clausula codicillari.
7. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Insuperatio XX ad lib. I
Dij.
8. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Insuperatio XVIII ad lib. III. Dij.
9. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Insuperatio XV ad lib. V
Dij. tit. II et seqq.

1604.

9. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Sacrosalios XV ad lib V
Dij. lit. 2 et seq.
10. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Sacrosalios XIX ad lib IX
Dij.
11. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De iurejurando in 4 Titulis
12. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De iuramentis
13. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Sacrosalio XIV ad lib V
Dij. lit. I.
14. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Sacrosalio XVI ad lib II
Dij. lit. 1. et seqq.
15. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Sacrosalio XVII ad lib III. Dij.
16. Mauritius, Ericus: De denuntiatione sagarum
iisque, quae ad eam recte intelligendam faciunt.
17. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum
iure feudali et materia de rebus, quae in feudum
dari possunt, de promissarum decas

1664.

1890^t Maurilius, Erasmus: De imperii necessitate
2. Imp. 1691 - 1746

1665

1. Bardili, Burkhardus: De auctoritate laborum.
Rec. 1743.

2. Bardili, Burkhardus: De falso procuratore
Rec. 1743.

3. Bardili, Burkhardus: Quæstulio XI: De
fidei commissis.

4. Bardili, Burkhardus: Quæstulio IX: De ademptione
legatorum et lege Falcidia

5. Bardili, Burkhardus: Quæstulio I: De conditionibus
instans et similibus exceptionibus, tam heredis
institutioni, quam legatis oppositis.

6. Bardili, Burkhardus: Tenori operis nuntiatio.

7. Lauterbach, Wolfgang Blaus: De singulari affinitate
jure.

1665.

8. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Praeceptio XXIII. et lib XXII
vig. lit. II et III.
9. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Praeceptio XXI et
lib XI vig.
10. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Praeceptio XXII et
lib XII. vig. lit. I.
11. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum ex jure
feudali et materia de revocatione feudi, et laudibus
de promptarium decas.
12. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum
ex jure feudali, et materia de jure vasalli in feudo
imprimis sub inspectione et revocatione decas.
13. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum ex jure
feudali et materia de jure domini in feudo,
ac reverentia imprimis vasalli et servitio feudo
libus, de promptarium decas.

165

14. Mauritius, Ericus: Posticum controversarum, in jure feudali et materia de iudicio, iudicio et actionibus feudaliibus de promptarum decas.

15. Mauritius, Ericus: Posticum controversarum, in jure feudali et materia de successione feudi de promptarum, decas.

16. Mauritius, Ericus: Posticum controversarum, in jure feudali et materia de respectibus et simultanea investitura de promptarum decas.

1. Bardili, Burkhardus: Exercitatio XIII: De successione legitima

2. Bardili, Burkhardus: Exercitatio XV de donationibus

3. Bardili, Burkhardus: Conclusionum theoretico-practicarum exercitatio XIV exercitatio XII.

4. Bardili, Burkhardus: De bonorum possessionibus et collationibus.

5. Frommann, Joh. Anders: De domini aliorumque



jurium haereditatis, h. e. acquisitione, quae fit.
sine possessione, aut quasi, haereditatione, apprehen-
sione.

6. Grovius, Johannes: *Fundus juris publici Hungariae*
7. Lantersbach, Wolfgang Adamus: *De singulari affinitate jure*
8. Lantersbach, Wolfgang Adamus: *Exercitatio XXV ad lib.
XIII. Dig.*
9. Lantersbach, Wolfgang Adamus: *Exercitatio XXIV ad lib. XX
Dig. lib. IV et seqq.*
10. Lantersbach, Wolfgang Adamus: *De poena conventionali.*
11. Lantersbach, Wolfgang Adamus: *Exercitatio XXVI ad lib. XIV
Dig.*

lit.

en.

re

re

b

Xy

li.

b.XIV

1000



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or ledger with multiple columns.]







Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





1705.

13. α

2.

TRACTATIO SYNOPTICA

De

JURE JURANDO
IN LITEM,

1664, 11.

Quam,

Auxiliante DEO,

Occasione Lib. XII. Digest. Tit. III.

PRÆSIDE

11

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach/

U. J. D. & Prof.

Ad diem Jul.

Locis horisque consuetis,

Publico examini submittit

HENRICUS KLEVORN,

TUBINGÆ,

Typis JOHANN. HENRICI REISL,

ANNO M. DC. LXIV.

5



DI

I. J

me

jud

tr.

rò

ma

qu

liv

Se

Un

eni

&

b. i

o

Se

i. i

S.

tr.



TRACTATIO SYNOPTICA

De

JURE JURANDO IN
LITEM,

Occasione lib. XII Dig. Tit. III

§. I.

DE JURE JURANDO IN LITEM
IN GENERE.

1. Jusjurandum in litem, in lata significatione & populariter acceptum, omne denotat juramentum, quod propter litem sive controversiam judicalem in judicio praestatur; Joan. Bepi. Plot. *tr. de litem in jurand.* §. 52 n. 1. & 2. proprie vero & juridice Juramentum in litem, (scil. aestimandam,) nihil est aliud, quam Juramentum, quo, Judice deferente, ab Actore lis, sive res in judicium deducta, aestimatur. *Setser. tr. de jurejur. lib. 5. c. 1. num. 3. & seqq.* Unde etiam litis aestimatorium vocatur. Jurare enim in litem, idem est, ac jurato litem aestimare, & ejus pretium constituere. *l. 1. l. 3. & t. 2. ff. h. t. Borcholt. tr. de in lit. jurand. cap. 1. n. 3. & 4. Umm. disp. 20. ad process. thes. 1. num. 2. Setser. d. l. Phanucc. tr. de jurej. in litem part. 1. membr. 1. num. 7.*

Definitio.

2. Hujus Juramenti duae sunt species; l. 2. §. 1. l. 5. pr. §. ult. & l. 6. ff. h. t. Borcholt. d. *tr. cap. 2. numer. 2. & seqq. Setser. d. tr.*

Divisio.

A 2

libr.

lib. 5. c. 2. n. 7. & seqq. Joh. Brunnem. tr. de process. civil. cap. 23. num. 40. * quarum prima in jure καὶ ἐξοχήν Jusjurandum in litem dicitur, d. l. 2. §. 1. l. 4. §. f. l. 5. §. 3. l. 8. in f. ff. h. t. l. 68. ff. de R. V. Bocer. class. 6. d. 18. thes. 58. à Dd. verò communiter, docendi gratia, Juramentum in litem ordinarium, Mejer. in ἐνδόξοις Iustinian. decad. 4. cap. 3. n. 1. sive Affectionis; Bachov. ad Tr. v. 1. d. 21. th. 11. Lit. b. Setser. d. c. 2. n. 11. & seqq. altera verò Extraordinarium, arg. d. l. 2. §. 1. ibi: interdum. l. 5. §. f. ibi: interdum. ff. h. t. Mejer. d. l. & in C. 1. A. h. t. th. 3. sive Veritatis appellatur. Bach. & Mejer. ad. l. Carpz. in process. tit. 12. art. 4. n. 1. & seqq. Borcholt. d. cap. 2. num. 5. & seqq. Tertiam speciem, quam singularis interesse, vel affectionis extra rem vocant, Plot. d. tr. §. 52. n. 3. non agnoscimus, per ea, quæ tradit Borcholt. d. cap. 2. n. 15. 23. & 24. Umm. d. disp. 20. th. 1. n. 3. Setser. d. cap. 2. n. 9. & 18. Neque reliquas species, quas Phanuccius addit. in tr. de jurejur. in litem part. 1. membr. 2. huc pertinere existimamus.

§. II.
De Jurejurando in litem
affectionis.

Juramentū
affectionis
quid.

3. Juramentum in litem ordinarium, sc. affectionis, est, quo actor, ad dolum rei coercendum, pro suo arbitrio & affectione, etiam ultra verum rei pretium & inter-

teresse, litem existimat, l. 1. l. 2. §. 1. l. 8. ff. h. t. l. 68. ff. de R. V.

4. Introductum est hoc juramentum Jure Civili, Phanucc. tr. de jurejur. in litem, part. 1. membr. 3. Setser. de juram. libr. 5. cap. 1. n. ult. Umm. disp. 20. ad process. th. 1. num. 1. æquitas causa; ne scil. in potestate Rei sit, invito Actore, rem, quam ejus interest restitui vel exhiberi, per dolum justo & simplici pretio extorquere & retinere, aut ipsius exhibitione defraudare. l. 8. ibi: non est æquum. ff. h. t. l. 70. ff. de R. V. l. 9. ff. rer. amot. l. 25. §. 1. ff. solut. matrim. Umm. d. disp. 20. th. 5. n. 22. Bach. tr. de Action. disp. 7. th. 10. p. 60. vers. porro.

Remota causa efficiens.

Impulsiva.

5. Defert autem illud solus judex, l. 4. §. 1. h. t. Phanucc. d. tr. p. 2. membr. 1. n. 1. & seqq. Beust. in rubr. tit. de jurejur. n. 132. tam delegatus, quam ordinarius, etiam arbiter; Setser. de jurejur. d. lib. 5. c. 3. n. 2. & 3. idque vel sine taxatione, vel cum illa, d. l. 4. §. 2. l. 5. §. 1. ff. h. t. hac formula: Möge und wolle Kläger schwören / daß er lieber so viel Gulden verlieren / als das seinige einbüßen wolle / daß er als dann mit angedeuter æstimation zuzulassen / und darauff erfolgen soll was recht ist. Gail. de pignorat. cap. 18. n. 1. Umm. d. d. 20. th. 6. num. 24. Brunnem. de process. civil. c. 23. num. 44. vid. Carpz. in process. tit. 12. art. 4. num. 21. in d. ejus arbitrio est, hoc juramentum deferre, vel non deferre; d. l. 4. §. 2. l. 5. §. 1. h. t. Bach. ad Tr. v. 1. d. 21. th. 11. Lit. 6. Borcholt. tr. de

Causa efficiens propria qua.

An judex teneatur deferre.



in lit. jurand. cap. 3. n. 2. vid. Setser. de juram. libr. 5. cap. 3. n. 6. & 7. Joan. Bapt. Plot. tr. de jurand. in litem. §. 47. n. 16. & 17. Phanucc. de jurejur. in litem part. 3. membr. 2. num. 1. & seqq. etiamsi reus dolo possidere desierit; modo res controversa adhuc extet, vel aliunde iudici de rei æstimatione constare possit, arg. dd. ll. vid. tamen Borcholt. d. c. 3. num. 3. Mejer. in wdoz. Justin. decad. 4. cap. 3. Umm. d. disp. 20. th. 2. n. 4. Si injuste illud defert, an adversarius appellare possit, vid. Phanucc. d. part. 3. m. 3. n. 1. & seqq.

Causa imp-
pulsiva, pro-
pter quam
defertur.

Est vel præ-
teritus do-
lus.

vel præsens.

An oblatam
culpam.

6. Ut verò Judex juramentum in litem affe-
ctionis deferre possit, requiritur dolus Rei, l. 5.
§. 3. ff. h. t. l. 68. de R. V. Borcholt. d. tr. cap.
5. num. 1. vel præteritus, qui in specie dolus di-
citur, l. 2. §. 1. ff. h. t. si scil. ipse rem dolo pos-
sidere desierit, ita ut illam restituere vel exhi-
bere non possit; l. 68. ff. de R. V. l. 25. §. 10. ff.
de hered. petit. vid. Phanucc. d. tr. part. 2. mem-
br. 2. n. 3. & 4. vel præsens, si scil. Reus resti-
tuendi vel exhibendi facultatem habet, sed rem
restituere vel exhibere recusat; l. 36. in fin. ff. de
pecul. l. 8. §. 9. ff. mandat. qui dolus contuma-
cia vocatur in l. 1. l. 2. §. 1. l. 8. ff. h. t. Bor-
cholt. d. cap. 5. num. 2. Late autem hoc in lo-
co vocabulum doli accipitur, ita ut etiam latam
culpam (modo ejus nomine etiam actio, de qua
agitur, competat. in actione enim doli hoc non
procedit,) comprehendat, & ob illam quoque
in litem jurari possit, l. 2. C. h. t. arg. l. 32. ff.
de

de posit. l. 226. de V. S. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. l. 1. §. 2. ff. si is, qui testam. libr. esse iuss. Borcholt. d. c. 5. num. 6. & seqq. Bocer. class. 6. d. sp. 18. th. 88. lit. a. Umm. disp. ad process. 20. th. 3. num. 12. Carpz. part. 1. const. 23. def. 18. n. 5. Dis. Phanucc. d. tr. part. 2. m. 2. num. 11. ubi etiam preced. n. 8. & 9. agit de dolo presunto. Beust. in rubr. tit. de iurejur. n. 131. per l. 5. §. 3. ff. de in lit. jurand. & alii citati ab Aug. Barbos. in Coll. in C. ad l. 2. C. h. t. n. 5. & 6. sed non ob levem culpam. l. 4. §. f. l. 5. §. 3. ff. h. t. Setser. de juram. lib. 5. c. 6. num. 21. & seqq. Borcholt. d. c. 5. n. 9. & seqq. vid. Gail. a Obs. 64. n. 8. & seqq.

An ob levem culpam

7. Delatum hoc iuramentum actor recipit & praestat ex libera voluntate; nec invitatus ad hoc compellitur, l. 4. pr. in fin. ff. h. t. l. 2. C. eod. sed, si jurare non vult, & quanti res sit adversarium condemnari petit, mos ei gerendus. l. 71. ff. de R. V. Borcholt. tr. de in lit. jur. cap. 3. n. 27. Hinc sua sponte sequitur, hoc iuramentum non recte referri ad necessarium.

Causa efficiens proxima.

8. Deferri potest iuramentum in litem actori, Beust. in rubr. de iurejur. num. 129. & 135. qui litis, h. e. actionis, est dominus; l. 7. ff. h. t. etiam si ipsius rei in iudicium deductae dominus non sit. arg. l. 16. §. 3. ff. de pign. l. 18. pr. ff. de dol. l. 5. §. 1. ff. si quid in fraud. patron. l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. ff. ad exhib. l. 10. ff. h. t. Mejer. in evdix. decad. 7. c. 1. Bachov. de Action. d. sp. 7. th. 16. p. 74. & seq. Umm. d. disp. 20. num. 22. vid.

Subjectum recipiens. An solus rei dominus.

Sci-



An Procurator.

Setser. *de jurament. lib. 5. c. 4. num. 30.* Procurator itaque, quamvis per litis contestationem litis, hoc est, instantiæ dominus fiat, *l. 22. l. 23. C. de procur.* Caspar. Zigler. *in comm. conclus. preclud. num. 3. & 30.* quia tamen non est actionis dominus, & litem non suo nomine contestatus est, proinde jure civili ad hoc juramentum non admittitur, *arg. l. 7. ff. h. t. Umm. d. disp. 20. th. 2. n. 6.* Borcholt. *d. cap. 3. n. 6.* Setser. *d. tr. lib. 5. c. 4. n. 2. & seq.* Hodie procuratorem speciale mandatum habentem hoc juramentum in litem in mandantis animam præstare posse, tradit Phanucc. *de jurejur. in litem. part. 2. membr. 1. numer. 20.* Gail. *de pignor. cap. 18. num. 1.* ibi: *oder seinen vollmächtigen Anwalde. ** vid. Ord. Camer. p. 1. t. 66.* Paul. Bus. *ad l. 7. in f. ff. h. t. ** Procuratori in rem suam, s. cessionario quod hoc juramentum deferri non possit, docet Phanucc. *d. part. 2. membr. 4. num. 6.* pro quo tamen facit *l. 13 § 1. ff. de pact. l. 25. ff. de procur.* vid. Plot. *de jurejur. in lit. §. 32. num. 2.* ibi: *vel etiam quasi dominus litis*

An Tutor & Curator.

Tutores & Curatores, licet non sint litis domini, nec sub alieni compendii emolumento anceps perjurium subire cogantur, si tamen tantam affectionem pupillo vel minori præstare volunt, & sponte illud suscipiunt, auctoritas juris non refragatur. *l. 4. in fin. pr. ff. h. t.* Borcholt. *d. cap. 3. n. 12. & seqq.* Umm. *disp. 20. ad process. th. 2. num. 9.* Phanucc. *part. 2. m. 1. num. 26.* ibi: *nim. quod, si loco pupilli essent, pro tanto re nollent carere.* quod etiam in matre libe-

An Mater.

ro-

rorum tutrice admittendum esse tradit Borcholt. d. c. 3. n. 21. & Umm. d. th. 2. num. 7. non obstante l. 3. pr. ff. h. t. Setler. de juram. d. c. 4. n. 19. Plot. d. tr. §. 32. n. 4. Ipsi verò pupilli hoc juramentum, quod à judice, etiam invito adversario defertur, præstare non possunt. l. 4. pr. ff. h. t. arg. l. 26. pr. ff. de jurejur. Borch. d. c. 3. n. 9. & seqq. Phanucc. d. p. 2. num. 1. n. 12. quod tamen secus est in minoribus. d. l. 4. in fin. pr. ff. h. t. Setler. d. c. 4. num. 20. & seqq. Idem defendit de prodigo, Phanucc. d. part. 2. membr. 1. num. 14. Heredes ab hoc juramento non repelluntur. arg. l. 7. ff. h. t. Berlich. part. 1. conclus. 55. num. 10. Bocer. cl. 6. d. 18. th. 91. Plot. tr. de in lit. jur. §. 29. n. 1. & seqq. Seraph. de Seraph. de privil. juram. priv. 31. num. 95. & ibi Martin. Benckendorf. num. 63. Phanucc. d. p. 2. membr. 4. n. 3. & seq. vid. Plot. d. tr. §. 29. num. 10. ibi: quia heres debet & potest jurare secundum affectionem suam non autem defuncti. vid. Bach. ad Tr. v. 1. d. 21. th. 12. lit. E. verb. juramentum à defuncto. de Syndicis, infamibus, ludæis & aliis vid. Phanuc. d. p. 2. m. 1. num. 22. & seqq. Plot. d. tr. §. 48.

An pupillus.

An heres.

9. Ratione Rei, adversus quem in litem juratur, nihil refert, cujuscunque sit conditionis, modo illius dolus intervenerit. vid. Phanuc. d. p. 2. m. 2. n. 39. Hinc, etiam adversus principem in litem jurari, post multos à se alleg. Dd. tradit Benekend. ad d. priv. 31. num. 66. & 71. vid. Aug. Barbol. in collect. in Cod. ad. l. f. n. 4. 5. & 7. h. t. ubi de matre, & fratre, de quibus etiam Phanucc. d. p. 2. membr. 2. ni 37. & seqq. Quicunque vero

Adversus quos.

An adversus Principem.

B d.p.

**An adversus
Heredem.**

in dolo non sunt, adversus illos non juratur in litem; Benekend. *ad d. pr. 31. num. 23.* adeo ut nec contra heredem ob dolum defuncti in litem jurari possit. *l. pen. & ult. C. h. t. arg. l. 2. §. 1. l. 8. ff. h. t. junct. l. 22. C. de pœn. l. un. C. ex delict. defunct. l. 15. §. 3. ff. ad Sct. Turpill. Plot. tr. de in litem jurand. §. 48. num. 20. Borcholt. eod. tr. c. 5. num. 13.* nisi lis cum defuncto sit contestata, *d. l. pen. C. h. t. arg. d. l. un. C. ex delict. defunct. l. f. in fin. ff. de fidejuss. & nomin. tit. Hahn. ad Wesenb. h. t. n. 4. Perez. in Cod. h. t. n. 3. Phanucc. d. tr. p. 2. m. 4. num. 13. & seqq. Plot. d. §. 48. n. 21. Borcholt. d. l. August. Barbof. in Collect. in Cod. ad d. l. 4. C. h. t. num. 4. & seqq. Mynf. decad. 3. Resp. 21. n. 89. * Diff. Umm. disp. 20. thes. 3. num. 13. Bachov. ad Wesenb. h. t. num. 4.* Ex proprio etiam heredis dolo adversus ipsum defertur hoc juramentum. *d. l. 4. C. h. t. Barbof. d. l. n. 6. Plot. d. §. 48. n. 21. in fin. vid. Phanucc. d. p. 2. m. 2.* ubi late agit de personis, contra quas hoc juramentum deferri possit.

Objectum.

10. Objectum hujus juramenti est lis, sive res in judicium deducta, *l. 1. l. 8. ff. h. t. Setler. de juram. lib. 5. c. 1. num. 11. & seqq.* corporalis & incor-

**An etiam res
incorporalis
immobilis.**

poralis, *l. 7. ff. si servit. vendic. mobilis & immobilis, arg. l. 68. ff. de R. V. l. 16. §. 3. de pign. action. Plot. tr. de in litem jur. §. 4. num. 84. C. I. A. h. t. th. 7. num. 2.* vid. Bocer. *cl. 6. disp. 18. thes. 95.*

Pecunia.

modo affectionem recipiant & non certam æstimationem habeant. *l. 3. ff. h. t. Umm. disp. 20. th. 5. num. 21.* vid. Beust. *ad rubr. tit. de jurejur. n. 149. & 152.* qualia etiam sunt vetera numismata. *arg. l. nu-*

l. numismatum. ff. de usufr. Phanuc. de jurejur. in litem. p. 1. membr. 4. n. 51. ubi n. seq. 52. & 53. agit de rebus fungibilibus, & quas actor venales habuit; simulque n. 55. non nullas justæ affectionis causas recenset.

II. Non autem in omnibus Judiciis locum habet in litem jusjurandum, sed tantum in bonæ fidei & arbitrariis actionibus; *l. 5. pr. ff. h. t. & quidem tantum in bonæ fidei directis, l. 5. pr. ff. deposit. ut in judicio commodati, l. 3. §. 2. ff. commod. depositi, l. 1. §. 16. ff. depos. locati. l. 48. §. 1. ff. locat. tutelæ, l. 8. ff. h. t. l. 7. ff. de admin. tut. & t. t. C. h. repetendæ dotis, l. 5. §. 1. ff. solut. matrim. hereditatis positionis, l. 20. §. f. l. 25. §. 10. ff. de heredit. petit. negotiorum gestor. arg. l. 2. & 3. C. h. t. C. I. A. h. t. thes. 6. n. 1. Plot. tr. de in litem jurand. §. 18. n. 1. Pignoratiz. C. I. A. d. l. De empti judicio negativam amplectitur, post Duaren. Donell. Hilliger. Borcholt. tr. de in litem jurand. c. 4. num. 70. & seqq. Setser. d. libr. 5. c. 5. n. 41. & seqq. per l. 1. §. fin. ff. de rer. permut. l. 8. ff. h. t. l. 1. C. de act. empt. Phanucc. d. tr. p. 2. membr. 3. n. 36. Bachov. ad Tr. v. 1. d. 21. thes. 12. lit. A. Frantzk. in Comm. n. h. t. num. 14. Verum cum hoc quoque judicium bonæ fidei sit, & à prædicta regula nusquam reperiatur exceptum; nec negantium rationes tanti momenti sint, ut exceptionem evincant; eapropter in casu non excepto merito regulæ erit inhærendum; maximè cum etiam ratio *l. 8. ff. h. t.* in hoc judicio locum habeat, & verbum restituere sæpissimè in jure tradi-*

In Judiciis

bonæ fidei.

An in judicio emptæ.

B 2 tio,

2.

in
ut
em
. l.
Et.
de
tr.
ta,
t. l.
Ve-
cc.
n.
in
de-
hes.
Ex
de-
f. d.
c. d.
quas
res
am.
cor-
obi-
ion.
h.
95.
esti-
th.
r. n.
arg.
nn-



In judiciis
arbitrariis.

tionem quoque & rei venditæ præstationem significet. l. 8. & l. 12. C. de act. empt. l. 13. §. 18. ff. eod. l. 14. §. ult. ff. de serv. corrupt. l. 38. pr. ff. de adil. edict. l. 38. §. 8. ff. de usur. l. 82. §. 1. de V. O. §. 1. I. de interdict. Coll. I. A. h. t. th. 6. n. 1. Atque hanc sententiam communem esse ipse testatur Borcholt. d. cap. 40 num. 70. & Setser. d. c. 5. num. 42. quam etiam sequitur Bitsch. J. O. Tabor. & C. I. A. h. t. d. th. 6. in fin. n. 1. Plot. tr. de in lit. jurand. §. 4. n. 58. & seqq. In arbitrariis locum habet, sive sint realia, ut in Rei vindicatione, l. 46. l. 68. l. 71. de R. V. l. 60. §. 1. ff. ad L. Falcid. Publiciana, arg. l. 7. §. 8. ff. de publ. l. 16. §. 3. de pignor. Borcholt. d. c. 4. n. 25. Confessoria & Negatoria, l. 7. si servit. vind. Borcholt. d. c. 4. n. 14. Hypothecaria, l. 16. §. 3. de pign. Bachov. tr. de Action. disp. 7. th. 16. Mejer. in evd. dec. 7. c. 1. & in cæteris in rem actionibus. l. 5. pr. ff. h. t. l. 16. §. 3. de pignor. Vinn. ad §. præterea 31. num. 7. & 8. I. de actionib. & c. sive sint personalia, ut in actione doli, & metus causa, l. 18. pr. ff. de dol. Bachov. d. disp. 7. th. 10. & 15. Mejer. d. decad. 7. c. 1. & dec. 2. cap. 5. Umm. disp. 20. ad process. th. 4. num. 18. Setser. d. c. 5. n. 23. & seqq. in actione ad exhibendum. l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. ff. ad Exhibend. l. 10. ff. h. t. etiamsi alius, quam rei dominus exhibitionem petat. arg. dd. ll. Umm. disp. 20. ad process. thes. 4. num. 16. Bachov. de action. d. 7. th. 14. Item in actione rerum amotarum. l. 8. §. 1. ff. rer. amot. conditione furtiva, l. 9. ff. h. t. ibi: Gl. & Zas. n. 3. C. I. A. h. t. th. 6. n. 2. actione Faviana; l. 5. §. 1. ff. si quid in fra-

fraudem Patron. in interdicto quod vi & clam, l. 15. §. 8. ff. quod vi & clam. in interdicto de tabulis exhibendis, arg. l. 2. §. 1. h. t. l. 68. de R. V. junct. l. 3. §. 14. ff. de tab. exhib. & aliis, quibus arbitrato judicis quid restituitur. l. 68. in fin. ff. de R. V. In stricti juris judiciis, juramentum in litem affectionis non locum habet. l. 5. pr. junct. §. f. & l. 6. ff. h. t. Borcholt. tr. de in lit. jur. c. 4. n. 76. & 77. Umm. disp. 20. ad process. th. 4. n. 20. Idem dicendum de bonæ fidei actionibus contrariis, in quibus non de fide rupta, sed de indemnitate agitur, l. 5. §. 1. ff. de pos. l. 6. §. f. ff. de his qui not. infam. Paul. Bus. ad l. 5. pr. ff. h. t. Umm. d. disp. 20. th. 4. n. 17. vid. Plot. de in lit. jur. §. 20. n. 1. Existimat quidem Dn. Carpzovius, I. F. p. 1. const. 19. defin. 23. & in tr. de process. tit. 12. art. 4. n. 7. & seqq. hanc differentiam inter actiones b. f. & stricti juris, directas & contrarias in hodierna praxi, quoad hoc juramentum, non attendi, sed judicem in hisce omnibus, pro suo arbitrio, affectionis vel veritatis juramentum deferre posse. Testes hujus rei producit Andr Rauchbar. lib. 1. quest. 9. n. 32. & Plot. tr. de in litem jurando §. 20. & 39. Verum hi Dd. in allegatis locis de contraria consuetudine vel observantia nullam faciunt mentionem, sed de jure civili, retenta illa distinctione, disputant, atque ad sententias suas probandas textus juris civilis adducunt; secundum quos etiam indefinita Rauchbari sententia erit accipienda.

12. Differt jamentum in litem affectionis ab aliis speciebus, quod per hoc lis æstimetur, & quidem pro actoris arbitrio & affectione, etiam ultra verum rei pretium & interesse; l. 1. l. 2. §. 1. l. 8. ff. h. t. vid.

In Interdictis.

An in stricti juris judiciis

An in contrariis b. f.

An hodie.

Differentia specifica.

B 3 Pha-



An duplum
excedere pos-
sit.

Phanucc. de jurejur. in lit. part. 1. memb 4. n. 38. & seqq. ubi respond. ad contraria, adeo, ut licet duplum veri pretii excedat, exinde tamen non rescindatur. Umm. disp. 20. ad process. th. 6. n. 26. in fin. Duaren. ad l. 5. n. 27. ff. h. t. Bocet. class. 6. d. 18. th. 69. lit. a. Setser. d. lib. 5. c. ult. n. 8. Hic enim non agitur de vero interesse consequendo, sed de dolo puniendo. Neque huic juramento certus modus in jure est præfinitus; unde actorem in infinitum jurare posse, dicitur in l. 68. ff. de R. V. l. 4. §. 2. ff. h. t. Judex tamen ad restringendam jurantium impudentiam, & ne inordinata affectione honestatis & æquitatis terminos excedant, certam determinare potest quantitatem, quam actori excedere non licet l. 4. §. 2. l. 5. §. 1. ff. h. t. l. 18. pr. ff. de dol. Bach. de Act. disp. 7. th. 13. Carpz. part. 1. const. 23. def. 10. & in tr. de process. tit. 12. art. 4. n. 17. & seqq. Brunn. de process. civil. v. 23. n. 44. vid. Phan. d. tr. p. 3. m. 1. ubi latè agit, de hac judicis determinatione.

An judex
modū præ-
scribat.

13. Finis hujus juramenti specialis est, ut dolus & contumacia Rei puniatur. l. 1. l. 2. §. 1 l. 8. ff. h. t.

Finis.

Effectus.

14. Præstito hoc jurejurando, Judex Reum condemnat in quantitatem juramento definitam; l. 1. l. 2. §. 1 l. 8. ff. h. t. l. 18. pr. ff. de dol. l. 41. §. 1. de re jud. ad eò, ut regulariter nec prætextu perjurii retractari possit; nisi magna subsit causa, quæ suadeat, ut Reus minoris condemnetur, vel planè absolvatur l. 4. §. 3. l. 5. §. 2 ff. h. t. vid. Bocet. class. 6. d. 18. th. 98. C. I. A. h. t. th. 10. n. 1. & 2. Umm. disp. 20. th. 6. n. 28. Setser. de jurejur. lib. 5. cap. ult. n. 7. & 9. & omnino Phanucc. d. tr. part. 3. m. 4. n. 1. & 2. Actor verò hoc juramento rem vel præten-
nem

An retra-
ctari possit.

nem vendere videtur, ut si res controversa actoris sit propria, & reus illam possideat, ipse statim illius dominus fiat, l. 9. ff. rer. amot. l. 25. §. 1. ff. sol. matr. l. 46. & 47. ff. de R. V. Borcholt. tr. de in lit. jurand. c. ult. n. 5. vid. l. 69. & 70. de R. V. An vero actor de evictione teneatur, de eo vide Setser. d. lib. 5. cap. ult. n. 10.

An & quando dominum transferatur.

15. Ad affinia hujus juramenti pertinet juramentum Zenonianum, uti illud vocat Anton. Fab. in tr. de Error. Pragm. dec. 18. Error. 8. & 9. de quo in l. 9. C. unde vi & cap. ult. x. de his qua vi met. caus. Bach. ad Tr. v. 1. d. 21. th. 12. lit. g. verb. de jure Saxonico. Brunnem. de process. civ. cap. 23. n. 45. item juramentum minorationis de quo Rauchbar. lib. 1. q. 9. & Carpzov. de process. t. 12. art. 4. & taxationis expensarum, Ord. Cam. part. 1. t. 66.

Affinia.

§. III.

De Jurejurando in litem veritatis.

16. Juramentum in litem Extraordinarium sive veritatis est, quo lis, quanti revera est, vel quanti actoris verè interest, secundum communem valorem æstimatur. l. 2. §. 1. ff. h. t. Umm. disp. 20. ad process. th. 7. num. 30. Borcholt. tr. de lit. jurand. cap. 2. num. 7. & seqq.

Juramentum in litem veritatis quid.

17. Hoc juramentum etiam defertur à giudice l. 4. §. 1. ff. h. t.

Causa efficiens propinqua.

18. Verum non tantum propter dolum, sed etiam propter levem Rei culpam & moram; l. 2. §. 1. l. 5. §. f. ff. h. t. Brunneinan. ad l. 1. C. de in litem jurando. Setser. de juram. libr. 5. cap. 6. n. 24. & seqq. modo necessitas hoc urgeat, & judex rem ali-

Causa impulsiva.

ali-



aliter aestimare non possit, l. 4. §. f. l. 5. §. fin. l. f. ff. h. t. unde hoc juramentum à quibusdam vocatur juramentum in litem necessitatis.

Subjectum recipiens. 19. Quoad subjectum recipiens inter hoc & juramentum affectionis nihil ferè interesse videtur,

Contra quos deferatur. 20. Ratione personarum, contra quas deferatur, hoc notandum, quod juramentum veritatis etiam adversus heredes ex dolo vel culpa defuncti deferri & præstari possit. Modo actio in heredes competat. Hahn, *in not. ad Wesenbec. h. t. num. 4.*

Objectum. 21. Præterea locum habet hoc veritatis juramentum non tantum indirectis bonæ fidei & arbitrariis actionibus, sed etiam in stricti juris, & b. f. contrariis judiciis, l. 5. §. f. ff. h. t. Umm. *disp. 20. thes. 7. n. 23.* Borcholt. *tr. de in lit. jurand. c. 4. n. 79. & 80.* Setler, *d. lib. 5. c. 5. n. 46. & seqq.*

Differentia. 22. Differt à præcedenti & aliis speciebus, quod per hoc quidem etiam lis aestimetur, sed tantum secundum communem valorem, & quanti revera actoris interest, l. 2. §. 1. h. t. l. 179. de V. S. vid. Umm. *d. disp. th. 8. n. 36. & seqq. th. 9.*


Effectus. 23. Præstito hoc juramento Reus tanti condemnatur, quanti actor in litem juravit; nec de ejus perjurio facilè quæri solet. l. f. ff. h. t. Bachov. *de action. disp. 7. thes. 13. p. 68. & th. 16. p. 72. vid. Umm. d. disp. 20. th. 10. n. 40. & Phannucc. d. tr. p. 3. m. 2. n. 8.*

X 2615924

Vb 17







1764

13 &

TRACTATIO SYNOPTICA

De

JURE JURANDO
IN LITEM,

1664, 11.

Quam,

Auxiliante DEO,

Occasione Lib. XII. Digest. Tit. III.

PRÆSIDE

11

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach/

U. J. D. & Prof.

Ad diem Jul.

Locis horisque consuetis,

Publico examini submittit

HENRICUS KLEVORN,

TUBINGÆ,

Typis JOHANN. HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXIV.